



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

215. feria 6. de reliquis decem impedimentis in bello contra vitia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 5. Dom. 6. post Pentecost. 385  
cuntur homines ad referendam victoriam  
à vitijs. Ex eodem Hugone. Petam eos in-  
telligere, & evitare.

Conf. 1. Errorem 7. cominus cum hoste  
pugnare, quò fiat fortior, cùm dicatur: *Fu-*  
*gite fornicationem*, 1. ad Cor. 6. 8. Velle  
contraria non curare contrarijs, sed simili-  
bus, ignem extinguerre non aquâ, sed igne:  
Iram irâ, cum scriptum sit: *Neli vinci à malo,*  
*sed vince in bono malum*. Ad Rom. 12.

Conf. 2. Errorem 9. clypeo perforato se  
tegere, hoc est, malorum exemplo se tueri, à  
quibus discere deberemus fugienda, non  
imitanda. 10. Sumere animos ex casu alio-  
rum, hoc est, majorum exemplo malo.

Conf. 3. Errorem 11. Repugnare, cùm se-  
curius sine ictu vincere possimus, v g. tan-  
tum sufferendo, juxta illud Exod. 14. *Vesta-*  
*cbitis, & Dominus pugnabit pro vobis.* Et  
Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas*  
*vestras.* 12. Errorem: Se ipsum hosti gla-  
dio transverberare, ut Saul directo ictu in-  
latus. Lib. 1. Reg. 31 Dæmon ictum appli-  
cat, sed non ultra procedit, nisi tu volens in  
gladium irrueris: igitur suburahe cor.

### MEDITATIO CCLXV.

Feria 6. Domin. 6. post Pentecost.

*De reliquis decem impedimentis in*  
*bello contra vitia.*

R Aspiciam

386 Feria 6. Domin. 6. post Pentecos.

**A**spiciam illecebras, abundantiam copiarum, delicias, quæ ante hominem ceperunt, ut eum tentarent. Petam agnoscere obstacula victoriarum, & evadere.

**Cons.** Ut stultitia militum impedit victoriæ in bello temporali, ita & in spirituali.  
1. Porrò hæc stultitia est, si milites non sint in acie bene dispositi, sed ita loco dissiti, ut se invicem adjuvare non possint: Ita in temptationis conflictu stultitia est, si vires habent distractas, aliud voluntas velit, aliud appetitus inferior, huicque potius intellectus serviat, quam illi.

2. Stultitia est: Si miles ab Imperatore, & à se ipso dissentiat, sic, si ab amore Præsidum, & proximorum me segregem, quorundam rationibus, exemplis, adhortatione in temptatione juvandus sum, non mirum, si temptatione vincar.

3. Stultitia: Exercitum imparatum esse arma necessaria non sumere, & in loco periculoso, ac minimè munito sine timore manere; sic imperitia est in spirituali bello, si me negligentem, & imparatum inveniantur.

4. Adversarijs viam aperire, & cum hostibus foedera jungere, qui irruentes, & proditorem, & proditos, aut in servitutem redigunt, aut interimunt. Sic stultum est temptatione januam consensu aperire, & cum hostiis anima-

Pentecost. Domin 6. post Pentecost. 387

animæ, id est, cum peccato foedus inire.

5. Si milites laboriosè ac periculosè cum hoste luctantur, quem possent sine suo periculo subiçere: Si enim hostes siti, fame, aut morbo laborent, stultum est cum illis confluere, cum sine sanguine victi esse possint; sic stultum est importunas aliquas tentationes, quæ solo contemptu vinci possent, molestiâ corporis, fractione capitis, & gestibus, signisque externis velle fugare.

6. Stultitia est: Si milites non utantur contrarijs in bello, quæ possunt conatibus adversiorum obſistere, ut, v.g. si hostes caſtra incendunt, non extinguis; si murum dirueunt, non restaures; sic spiritualis miles carne ardente concupiſcentiâ, si iejunio, cilicijs non extinguat, stultus: Stultior, si convivis, mollibus veftimentis, illecebroſâ conuerſatione foveat.

7. Oneribus, quæ cursum, & pugnam impediunt, ad bellum procedere, & arma ponderosa ſupra vires gestare: ſic delirant, qui exercitia spiritualia ſupra vires accipiunt.

8. In ipſo conflictu arma abiçere, & hostiſe ſpoliandum, ferendum, occidendum offerre: talia faciunt non perseverantes in reſiſtendo, ſed desperabundi, ſi non prima reſiſtentia fuderunt tentationem.

9. Non reſiſtere in locis aptioribus; qua-

R 2 lin

388 *Sabbato Dom. 6. post Pentecost.*  
lia faciunt occupationes sacras relinquen-  
tes, & secularibus se tradentes.

10. Sisara inermi capite interiit: sic im-  
prudentes impetuuntur, juxta illud August.  
Epist. 82. *Initium sine providentia, & finis*  
*suum pœnitentia.*

### MEDITATIO CCXVI.

*Sabbato Domin. 6. post Pentecost.*

*B. Virgo Refugium contra vitiæ.*

**A**spiciam Divam à vitijs hâc hebdomadâ  
consideratis, & erroribus immunem,  
quia plenam gratiâ, in regno virtutum re-  
sidentem. Petam ejus beneficio ab ijsdem  
liberari.

*Conf. 1. Quomodo vitia sint turpiora*  
nihil, quia multa vult Deus nunquam esse,  
quæ tamen, ut sint, velle potest: sed pecca-  
tum esse, non potest unquam velle: cùm  
ergo vitium sit contrarium voluntati Dei,  
quæ est summa sanctitas, & pulchritudo, nō  
est possibilis major deformitas, & turpitudo,  
quam sit vitijs. Excandescam hîc contra  
fontes vitiiorum hactenus consideratos.

*Conf. 2. Quomodo Diva ijs caruerit, quæ*  
& fomite, & peccato originali libera semper  
exitit, adeoque fuit in regno rationis ejus  
pulchra semper tranquillitas, imperium  
mentis supra potentias inferiores imper-  
turbata.